



**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis  
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de**

**Antverpiae, 1610**

3 An fructuum ratio habeatur in restitutione in integrum, quæ causa  
ætatís sit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)









Imol. in d. c. ad nostrum col. 2. Alex. consil. 17. col. 2. & ibi Carolus, & consil. 43. lib. 4. Chaffanæ in consuetudi. Burgundi Rub. 9. §. 9. num. 26. nec sufficit ipsius conventus consensus, glossa ibi Communitate recepta in dict. Clementin. 1. in verb. non habeat. & hac ratione constat, possessorem absolvi à restitutione fructuum, quia bona fide deducta ex errore facti possedit, & fructus, quos perceperat, ita consumpsit, vt ex eis non sit factus locupletior, iuxta tradita in tertia conclusione. Quod si dixeris, non potuisse bonam fidem vere locum habere in eo, qui in iure resistente errabat: adhuc & tertio textus in dicto capitulo ad nostram, erit intelligendus in errante etiam iuris resistentis errore, habente tamen bonam fidem secundum ea, quæ paulo ante ex Innocentio adnotauimus. Cui addendum est, errantem in iure, etiam eo casu, quo fructus ex bona fide, & titulo acquirat, nequaquam acquirere, nec facere suos fructus naturales, & ita æqualem esse possessori bonæ fidei absq; titulo. Sicut etiam expeditum erit, cum teneri ad restitutionem iudicialium, quatenus ex eis factus sit locupletior, vt expressim hæc duo addit Felinus in d. cap. de quarta. num. 30. Sed etiam Innocentii sententiam minime velis recipere, quartus aptabitur intellectus in eum planè modum, vt dicamus: in dict. cap. ad nostram, contractum fuisse rescissum per restitutionem in integrum, quod ibi probatur, dum Romanus Pontifex ad eius rescissionem, læsionem potius considerat, quam defectum sollicitudinis, sicut animaduertit Abbas, linola, & Doctores ibi frequentius. nec inconuenit, eam restitutionem postulatam fuisse post quadriennium, siquid em ecclesia propter enormissimam læsionem, etiam post quadriennium potest petere in integrum restitutionem. glossa in cap. 1. de in integrum restitutione, in sexto. quam Doctores ibi sequuntur, dicit Singularem Abbas in cap. 1. col. 1. de in integrum restitut. Angel. in §. rursus de actionib. col. 4. commendat. Fel. in c. 1. col. penult. de preser. Socin. consil. 227. lib. 2. 1. a. consil. 54. lib. 1. atq; ita petitam fuisse in d. c. ad nostram. in integrum restitutionem post quadriennium, præter Hostiens. Collectari. Cardinal. Abb. & Imola. ibi. nu. 4. notat Francus. in dict. cap. 1. de in integrum restitutio. in sexto. vnde eiusdem capituli decisio euidenter probat præfatæ glossæ conclusionem, vt ibi considerant Abbas & Imola. qua in re duo vel tria sunt omnino adnotanda, 1. quorum primum est, expeditum esse, ecclesiam, sicuti minorem, petere posse in integrum restitutionem etiam ob eam læsionem, qua dimidium iusti pretii nõ excedit. Abb. & Burgenfis ibi. num. 42. & 44. in cap. cum delecti de emptio. modo læsio grauis sit, & enormis. glossa. Communitate ibi recepta in c. 1. de in integrum restitut. textus in c. cum ex literis. & ibi Abbas eodem titulo. Bartolus in l. scio. per textum ibi. ff. de in integrum restitutio. quorum sententia etiam communis sit, dubia tamen videtur ex plurib. Et primo ex l. si proprietarius. ff. de damno infecto. vbi cautio damni infecti etiam pro modico damno iure exigitur. Deinde ex text. in §. gallinarum. Institut. de rerum diuisi. ex quo probatur etiam in re minima furtum committi, Præterea speciale est, grande damnum exigi ad concedendam minorem restitutionem apud Iuriconsultum in l. si ex causa iudicati. in principio & l. penultim. ff. de minorib. & in l. vltim. C. qui & aduersus quos. Igitur ordinariam est, pro modica læsione restitutionem in integrum concedi. Quam ob rem pro modica læsione minoribus competere in integrum restitutionem, docent gl. Bartolus, & Dd. in l. 2. C. si aduers. vendi. pig. & in d. l. si ex causa. Alex. consil. 67. vol. 3. Corne. consil. 179. n. 10. li. 4. mo & idem esse si minima læsio minori contingerit, constanter voluerunt Alberic. & Fulgos. in dict. l. scio. post glossa. & Andre. de Pisis. ibi, quibus accedunt Decius in cap. de appellatio. & in cap. minorib. de prebend. Gomez. in §. penales de actionibus. nu. 4. & nouissime Emanuel à Costa Lusitanus in §. & quid sit tantum. ff. de liberis & posthumis parte 2. num. 78. autoritate Iuriconsulti in dict. lib. scio. dicentis pro minima læsione, tunc denegari restitutionem in integrum, quando per eam maiori rei, vel summæ præiudicium sit, ergo concedi debet, quando minima ipsa læsio contingit in contractu modicæ vel minimæ quantitatis.

Ego sane difficilè hanc questionem ita definiendam esse opinor, vt ex Iuriconsulto id verissimum sit, contractum magnæ quætitatis minime rescindendum esse beneficio restitutionis in integrum ratione minimæ læsionis, atq; ita intelligenda est dicta lex scio. & probatur autoritate Bart. in l. de pupil. §. si quis riuos. ff. de noui operis nunciacione, in fin. rursus eodem pacto restitutio in integrum concedenda est, ob læsionem etiã modicam respectu maioris, aut enormis, quæ minori cõtinu-

gere poterat in eadem re, attamen graui, & enormi ipsi minori, si absq; comparatione maioris separatim consideretur. Est enim in contractu mille aureorum modica læsio, quæ contingit in quinquaginta aureis, si comparatur læsioni, quæ poterat in quadringentis accidere, tamen separatim considerata prædicta læsio, quæ in quinquaginta aureis datur grauis læsio est, & enormis ipsi minori. Sic lan. dicese sequuti, pro modica aliqua læsione concedenda esse in integrum restitutionem, quando arbitrio boni viri, & discreti iudicis ea læsio separatim considerata grauis est, vel enormis, ac tandem restitutione digna. Quo fit, vt ea iura & authoritates, quibus probatur enormem læsionem ad restitutionem esse necessariã, ita esse intelligendas cenciamus ad arbitrio iudicis ea læsio perpendatur, & consideretur, si ipsi minori vel ecclesie grauis ex se ipsa, licet comparatione maioris modica sit, arbitrio etenim iudicis reliquendum est, quanta debeat esse læsio, vt minori, vel ecclesie etiã intra quadriennium restitutio ordinaria concedatur, vt notatur in l. sed si suscepit. §. 1. ff. de iud. & in auth. nisi breuiores. C. de sent. ex breui. reu. & in specie Alex. consil. 78. n. 2. lib. 2. & est communis omnium aduersio in c. 1. de in integrum restitutio. vt scribit sequuntur Ant. Burges. in c. cum dilecti de emptio. n. 44. idè allent Decius, consil. 39. n. 7. optimus textus in l. 5. tit. 19. par. 6. not. Alex. in l. si quis arbitrari. ad finem. ff. de verb. obligat. qua ratione si minima læsio contingerit ipsi minori, vel ecclesie: quis, ob hoc discretus iudex vnquam arbitrabitur concedendã esse restitutionem? nonne absurdum esset, concedi restitutionem minori, si læsus esset in vnus quadrantis quantitate in eo contractu, in quo etiam de re modica ageretur, non enim essent satis mille iudices in quauis ciuitate his restitutionibus concedendis. Eodè iure, si læsio modica sit in ipsa, ac separatim considerata arbitrio recti iudicis ob minutias effugias restitutio ista, quæ beneficio specialiter grauitur læsionem concedenda est, iuste denegabitur. Ex quibus apparet verus intellectus ad textum in d. l. si ex causa, & l. penult. de minorib. vbi speciali quãdã ratione grande damnum requiritur, vt minores in integrum restituantur. id enim ita est accipiendum, vt in eisdè casibus ob speciale ius maior læsio sit exigenda, quã in ordinaria in integrum restitutione, & de iudex ipse arbitrabitur, quanto maior debeat esse læsio prædicta, quod Alex. in d. consil. 67. expressim faceret.

Secundo, ex his etiam deducitur, vt ego exillimo, iudicis arbitrio definiendum esse, quanta, & qualis debeat esse læsio ecclesie, vt eius ratione post quadriennium restitutionem beneficii locum habeat, nec taxari potest certa hac in re quætitas. Ea etenim ratio, quæ dicit etiam post ordinariu quadriennium tempus, ecclesiam fore restituendam, eandè grauitatem, & enormitatem læsionis respexit, vt ea læsio ita grauis & iniuriosa sit, quæ iudicis arbitrio non patitur ecclesie, cui fauendi sum opere est, adhuc eo damno pragranari. Igitur parui refert, definire, an sit necessaria enormissima læsio, vel sufficiat enormis, cum & si eam sufficere dicamus nullo pacto possumus excludere iudicis discreti arbitrium ad discernendum, sitne enormis læsio. Discernet igitur pius, & rectus iudex, sitne talis læsio quam iniquum sit ecclesie pati, etiam post quadriennium. Atq; ita sane opinor rem hanc intelligendam esse, non enim satis aperu est de iure, sufficere ad hæc extra ordinariã restitutionem enorme damnum: nam etiam in prædicto capitulo, ad nostram, læsio illa enormis appellatur, quis non videt, eã esse, vt ita loquar, enormissimã, cù primo anno reus ex ipsa re tot libras perceperit, quod quidem pro ipsa re ecclesie dederat, nempe octuaginta.

Tertio, hinc deducitur, minorem & ecclesiam restitutionis in integrum beneficii iure consequi posse, etiam si læsio dimidiã insti pretii excesserit, nec enim hoc beneficio priuantur, quod possint agere remedio l. 2. C. de reu. ad. v. d. c. c. restitutio in integrum, & si sit auxiliu extraordinariu, pinguis tamè est quã ordinariu, quod ex d. l. 2. competit: quod patet ex eo, quod reus electionem habet conuentus actione l. a. vel ad supplendu iustu pretiu, vel ad restituendam rē, non sic in restitutione in integrum: præcisè etenim rē cogitur restituere, qua ratione post alios hanc illationem notant Abb. & Burgenfis, n. 43. in c. cum dilecti de emptio. & Pantalcon Cremenensis in d. 2. extensione l. 2. col. 17.

Superest tamè respondere iuribus, & rationibus, quibus probari videbatur læsionem quantumcumq; minimam locum

facere beneficio restitutionis in integrum. Et sane quod Iu- roniculius scribit in l. si proprietarius ff. de damno infecto. cautio- nem illam dandam esse etiam pro minimo damno, ita est intelligendum, vt minimum damnum sit respectu, & cōpa- ratione maioris: non tamen separatim, pro seipsum conside- ratum. Superfluum enim esset pro damno vnus regulz, vel simili, p̄torē adire, & eius decreto cautionē prestari. Igitur p̄tor ipse arbitrat, sine damno, quod timetur, cautione illa dignū. vt sane pro minimo nocuēto, aut pro modico nequaquam auctoritatem p̄stet, a ut decretum decernat ad cautionem illam necessario exhibendam.

Ceterum magis oblat, quod Furti actio datur pro re mi- nima. textus in d. §. gallinarum. vbi ita Theophilus interpreta- tur, & omnes Doctores ibi post gloss. cui similis est in l. si oleū ff. de dolo. notant Henric. in capitul. offi. questionis. de simon. Corset. in d. de excellentia regis. questio. 4. Hippolyt. in l. furem. num. 8. cum sequenti ff. de sicar. optimus textus in l. vulgaris. ff. de furtis. & in ca- pitul. vulgaris. de penitent. d. function. 1. non enim res, sed effectus factantis est considerandus, vt scribit Hieronym. apud Gra- tianum in capitul. vltim. 1. 4. questio. vlti. Hęc tamen opinio etiam frequentissimo omnium calculo recepta sit: mihi nec placet, nec placuit vnquam. Ius enim ars est boni, & equi. l. §. de iustitia & iure. & tamen nulla aequitas dicitur actionem hanc, que infamiam irrogat, dari pro vno quadrante, aut vno nomo, nec pro vno ouo, nec pro alia minima re. Deinde quid oblecto in causa est, quod Iuriconsulti dari actionem de dolo pro re minima omnino negant. dicit l. si oleū & eorum interpretes pro vno, vt aiunt, ouo, concedunt actionem furti. Ego sane nullam video iustam esse discrimi- nis causam. Præterea ablatio rei minime attentio p̄mo no- cumento, vel furtum non est, vel saltem mortale crimen non inducit, sed tantum veniale ob animum nocentis. non enim p̄sumitur, paruum illam rem auferri contra volun- tatem domini propter paruum nocumentum, atq; ob id, e- tiam si p̄lumeretur contraria domini voluntas, esset ve- nale crimen, non mortale. Thomas & Caietan. 2. 2. q. 55. art. 1. Ioan. Maior. in 4. sentent. dist. 1. c. 15. quest. 26. Syluest. in verb. forum. questio. 2. Ioan. à Medina. de contrah. q. 4. in fine. optimus textus in capitul. vltim. horarum. 25. dist. 1. ex quo deducitur mortale peccatū esse, si quis toties rem minimam aufer- rat à domino, vt notabile damnum adferat: quod ipse Ma- ior. dist. q. 2. & 26. notant, & Medina de contrah. questio. 10. qui ex hoc inferunt ad questionem illam, qua tractari solet, an teneatur ad restitutionem is, qui e vinea, vel horto alieno rem minimam acceperit: & tandem plures paulatim rem minimam ab eodem horto, vel vinea ita abstulerunt, vt ex omnium furto magnum aut saltem notabile damnum do- mino vinea illatum fuerit. qua in re dicendum est, eorum quemlibet veniale crimen commississe, si ipse modicum il- lud damnum intulit ignarus damni ab alijs illati, & tamen teneri ad illius damni quantumcumq; minimi restitutionē. Quod si quilibet damnum intulisset certus de damno per alios illato, ex eo quod plures simul fuissent vineam ingres- sis eo casu mortale crimen quilibet commississet, licet non teneatur ad totius damni restitutionem, damni inquam, per alios illati: nili fuisset causa totius damni, consilio, auxilio, similitur vel iure p̄dicti Doctores diligenter adnotarunt quod autem sit notabile nocumentum, vt furtum dici possit vere & mortale crimen, bonus vir arbitrat, Syluest. in d. 4. & Ioan. à Medina d. q. 10. ad fin. & probatur ex his, que su- perius ipse tradidi. His igitur cōsideratis opinor à iure ali- enum esse, pro minima re dari actionem furti. Nec obert, quod Iustitia scribit in d. §. gallinarum. quia ibidem non dicitur vere committi furtum in vnus gallinæ nocumentum, sed furti, & quasi per quandam interpretationem, vt Zasius exultim. d. c. 26. cui responsioni Theophilus refragatur, dicens pro vnus gallinæ furto dari actionem furti. quam ob rem ego aliter responderem, non esse vnā gallinā minimum rem, nec minimum damnum eius furto inferri: quod bonus, ac discretus vir ex propositis in specie con- tingenti qualitatibus arbitrat. Rursus quod ex Hieron. adducitur à Gratiano in d. c. vltim. referendum esse nocendi voluntatem, quæ si limitata sit ad minimi nocuēti ter- minos, nequaquam est mortale crimen: quod si nocendi animus nullam limitationem habeat, aut etiam ad notabile nocumentum progrediatur, mortalem culpam habet: & ita Hierony. auctoritas intelligenda est in hunc sane sensum, vt accipiens à domino inuito re minimā animo nocendi in

maiorib. absq; limite illius modici nocuēti, mortaliter peccat, ex Thom. & ibi Caiet. 2. 2. q. 66. art. 6. Ibet tamen verba Hieron. adscribere, eo quod à Gratiano minus integre relata fuerint. Is enim in commentarijs in Epistolam Pauli ad Titum c. 2. ita scribit: For autem non solum in maioribus sed etiam in minoribus iudicatur. non enim id, quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur: quomodo in fornicatione & adulterio, non ideo dicitur sit fornicatio, aut adulterium, si pulchra, vel diues, deformis, aut pauper, meretrix, vel adultera sit, sed qualiscunq; illa fuerit, vna est fornicatio, vel adulterium, ita & in furto quantumcumq; leuius ablatum, furti crimē incurrit, hætenus Hieronimus

Sed vt rem, à qua diuertimus, prosequamur ad intellectū gl. in d. c. 1. de in integrum restit. in 6. aliud animaduertendū, est quod in questionem adduxit Rodericus Zuarez allegat. 12. col. penult. dicens, iure cōmuni etiam si ecclesia enormissime læta sit, non eam petere restitutionem post octo annos, atq; ita ratione enormissime lętionis post primum quadrienniū alterum quadrienniū tantum concedi, iure tamen regio vsq; ad triginta annos posse eam restitutionem peti. iuxta l. vlt. ut. vlt. part. 6. Hęc tamen viri doctissimi cōsideratio, cōmuni omnium, & receptissima interpretatione refragatur, quandoquidē quotquot dictā glossam sequuntur, eius adfer- tionē ad octo annos minime restringunt imo ad longissimū triginta annorū spacū extendunt, quibus auctoritas Host. aditipulatur. is enim in d. c. ad nos. am. etiam post decennium restitutionem petitam fuisse opinatur. Et præterea suffragatur gl. in l. si in verbo prosecutione C. de prescriptio 30 vel 40. anno. vlt. quod præter alios explicat dicens Singul. lat. in §. fuerit. n. 22. de actionib. & Bal. de prescrip. 4. par. 4. partis principalis. q. 30. ex ea enim iuncta l. v. de am. ff. de eo quod in metus causa. apparet officium iudicis, quod semel quadrienniū egreditur, ad triginta annos perpetuum esse. Quam ob rem etiam seclusa Regia, ac Partitatum lege iure cōmuni fallam esse opinamur Roderici Zuarez declarationē, quā nouissime improbat Emanuel à Costa Lusitanus, vir, mehercle, acri, & subtili iudicio, variaq; eruditione præditus, in d. §. & quid si ran. u. 2. par. nu. 83. Ceterum quoad Regiam legem attinet, ipse Lusitanus aduersus Rodericum eam intelligit quoad actionem personalem competentē: vt ex l. 2. C. de resandend. vendit. Principi, Rei- publica, & Ecclesię in hunc sensum, vt licet alias intra qua- drienniū ex actio proponenda sit. l. 4. tit. 7. lib. 5. ordinar. Theodie l. 1. tit. 1. lib. 5. Recopil. ] & fuit opinio prima gloss. in d. l. 2. quæ sequuntur ibi Petrus & Cynus [ probauit Romanus senior apud Harmonopolium lib. 3. epitom. art. 3. ] quæ forsitan etiam placuit legum Regiarum, quas Partitatum appellamus, doctissimis conditoribus, ceteris omnibus d. c. l. 2. interpre- tibus contrarium asseuerantibus, scilicet eam actionem vsq; ad triginta annos competere. tamen iure regio definitum sit, ea actione vt posse Principem, Ecclesiā, & Rempubli- cam lasos vltra dimidiam iusti pretij vsq; ad triginta annos reliquis priuatis ea actione intra quadrienniū tantum v- furis, qui quidem intellectus eo magis conuenire videtur, quod Regia constitutio lætionem vltra dimidiam requirit. Apud Gallos actio ex d. l. 2. deducenda est in iudicium intra decennium, quemadmodum testatur Carolus Molinaus in consuetudi. Parisien. tit. 1. §. 2. nu. 47. quā & in his regnis specia- li quadam ratione certum tempus statutum est in l. 1. q. 4. de las Alcauales. Ego sane non inficio Ecclesiā, Principem, & Rempubli- cam agere posse actione d. l. 2. etiam iure Regio vsque ad 30. annos, & attenda ratione dicit l. vltim. ut. vlt. part. 6. Et tamen opinor ipsius legis integram decisionem intelligen- dam esse in restitutione in integrum, que, vt minoribus e- normiter lęsis, ita Principi, Republicæ, & Ecclesiis iure competit.

Nec enim dubium cuiquam esse potest, priorem dictæ, legis partem loqui in restitutione in integrum, quæ iure ordinario in quadrienniū petenda est: posterior vero pars huic priori in modum cuiusdam interpretationis aptatur, vt si lęsio enormis sit: quippe quæ dimidiam iusti pretij ex- cedat: loco quadrienniij. cuius prior legis pars meminit, tri- ginta anni competant quo fit, vt ex hac ratione, & ex ipsius constitutionis verbis vltima eius pars vere sit intelligenda in restitutione in integrum: atque ita eam intellēxit Rode- ricus Zuarez d. allegat. 12. quod plurimum refert: siquidem ex restitutione in integrum contractus omnino rescindit- tur. at ex d. l. 2. actione iustum pretium suppletur, si reus hoc elegerit absq; rescissione contractus. Quamuis hæc d. hęc

differentia tunc absque vlla controuersia obtineat, quando restitutio in integrum ex eo datur, quod laesio contigerit non tantum in pretio, sed & in ipsa rei alienatione: quia Ecclesia damnum patitur ex sola rei propria alienatione: etiam si iusto pretio fuerit facta. Ceterum ubi laesio solum contingit, in pretio, tunc petita restitutione in integrum, & ex ea reparatione laesionis, poterit reus rescissionem contractus effugere, si velit iustum pretium rei soluere: ex his, quae ipse tradidi in c. *quammis pactum de pact. in 6. vlim. parte, quass. 4.* Adhuc tamen vere differunt restitutionis in integrum ordinariae, & d. l. 2. auxilia. vt constat ex c. 4. n. 1. 3. & 14. lib. 2. huius operis.

His omnibus expensis, pro huius quartae interpretationis intellectu apparet in d. c. *ad nostram*. concessam fuisse Ecclesiae restitutionem in integrum: quae quidem si foret ordinaria, & intra terminum communem à iure statutum concessa, locum omnino haberet cum fructibus omnibus ex ea perceptis quemadmodum superius docuimus: verum ex eo, quod extraordinaria fuit, plurimumque gratiae sortita, vt concessa post solennia tempora, fructus non restituantur omnino: nec tamen emptor eo penitus lucrificat: cum laboris, & impensarum ratio simul & fructuum haberi debeat, ita sane, vt si fructus possessor lucrificare velit, non possit laboris & impensarum estimationem petere.

Quod si vltierus rem aperire tentemus, dicemus tandem hanc esse non propriam in integrum restitutionem: siquidem ex ea fructus essent restituendi Ecclesiae, vel minori: sed esse restitutionem in integrum impropriam extraordinariamve, propterea quod maiorem speciem habeat gratiae, quam ea, quae ordinarie minoribus, & Ecclesiis intra ipsius iuris limites beneficio quamuis extraordinario concedi solet: & ideo mirum non erit, text. in d. c. *ad nostram*. à Gregorio Nono appositum esse extratitulum *de in integrum restitutione*, vt eleganter explicat Emanuel à Costa in d. §. *quid sit tantum. 2. parte, num. 85.* illud animaduertens, restitutionem, quae ex iustitia mera fit cum ipsis fructibus, fieri iuxta tradita in initio huius capituli: eam vero restitutionem, quae ex gratia conceditur, cum fructibus faciendam non esse. text. elegans in *Authentic. idem est de Nestorianis. C. de heretic. quem dicit Singular.* esse Alexander in d. §. *quid sit tantum. colum. 9.* vbi eam distinctionem fere omnes probant, & potissimum ex nouioribus Fortun. num. 263. Galiula num. 60. Crotus in fin. & praeter hos Curtius Senior *consil. 71.* quicquid hac de re scripserit Iason in d. §. *quid sit tantum. num. 64.* Carolus Ruinus *ibi, col. 72.* Decius & Ferrar. in l. in condemnatione. ff. de regulis iur. Sed & eandem distinctionem exponunt, & asseuerant admittendam esse communiter omnes in d. §. *quid sit tantum.* quo ad iura tertio quaesita ante obtentam restitutionem: quod praeter alios explicant optime Carolus Molinæus in *consuetudin. Parisiens. §. 1. tit. 22. num. 36.* & Emanuel à Costa d. 2. parte. num. 49. communem sententiam defendens ab his, quae in contrarium adduxit in *ibi Galiula num. 97.* quam quaestionem in praesentiarum discutere longius minime conuenit: tantum enim id egimus, vt ad resolutionem veram deduceremus quaestionem illam: veniantne in integrum restitutionem fructus ex re ipsa percepti.

## CAPVT IV.

## Coram quo Iudice sit in integrum Restitutio postulanda.

## SYMMARIA.

1. Locus contractus satis idoneus est si reus ibidem reperiatur, ut in eo tractetur de contractu rescindendo, atque ita de restitutione in integrum concedenda.
2. Ecclesia potest petere restitutionem in integrum coram iudice ecclesiastico etiam aduersus laicum.
3. Clericus minor, laicus in patrimonialibus, non potest petere in integrum restitutionem coram iudice ecclesiastico: Et inibi, an bona clericorum patrimonialia habeant privilegia bonae ecclesiarum concessa.
4. Quid de patrimonio clerici, ad cuius quidem titulum is fuerit sacer in signatus?
5. Absolutio à iuramento quandoque citationem requirit: quandoq; ea omissa potest concedi.
6. Quid operetur absolutio à iuramento ad effectum agendi praeserta.
7. Iudices seculares quandoque tractant licet super contractu iurato, mittuntque actorem aduersus eum agentem, etiam nulla precedente absolute.
8. Iudex ecclesiasticus, qui de causa absolute à iuramento cognouit, non potest ipsam principalem causam tractare.

Non omnino in praxi alienum est, coram quo iudice restitutionem Cæsares definerunt in l. 2. vbi & apud quem cognoscitur in iudice ipsius contra quem petitur: vt plane verissimum sit, petentem restitutionem actorem esse, & oportere eum totum rei sequi. Imo scribunt Baldus & paulus Castrensis in eiusdem legis interpretationem, id verum esse etiam si iudex qui cum minore contraxit, in ipso loco contractus inueniatur, non enim poterit apud illius loci iudicem conueniri ad restitutionem in integrum contra ipsum contractum tractandam, idem notat Iason in l. qui certo loco, ff. de conditionibus debitorum, dicens hoc ipsum ex d. l. 2. probari, & ex ea amplius deducens, ea scilicet iura, quae probant contractum in loco contractus conueniri posse, si ibidem inueniatur, intelligenda esse quod ad ipsius contractus actionem exercendam, non autem in quoad eius rescissionem. Nam si de contractu rescindendo tractetur, reus erit coram proprio, & vero domicilij iudice ad iudiciū vocandus, non coram iudice loci contractus: tamen in eo loco reperiatur, id ipsum placet Decio in *Rubr. de iudicis. col. 2.* Hic vero intellectus mihi non placet: siquidem locus, ubi contractus fuerit celebratus, de re idoneus est, vt in eo agatur, & tractetur de eius dissolutione, si reus ibidem praesens fuerit. textus singularis in *l. in contractibus. §. alt. C. de non numerata pecunia. vbi expresse probatur, posse quempiam in loco contractus apud eius iudicem intra biennium conueniri, si non fuisse pecuniam numeratam: eiusque querelā deducere, si inibi aduersarius inueniatur, & ita agere ad ipsius contractus dissolutionem, quae text. Alexander in specie notat in additionibus ad Bartolum in *heres absens. §. 1. ff. de iudicis. Roma. sig. 470.* Felin. in *cap. vltimo. 24. de iudicis.* dicens, ex hoc absolute iuramento à iuramento in contractu praestito posse peti coram iudice ipsius loci contractus, si ibi aduersarius inueniatur, vt citetur, idem ipse Felinus scribit in *capitul. 1. col. vlt. de iur. post. Cardinali. Neg. oberit. d. l. 2.* quippe quae intelligi possit eo casu, quo reus non adest in loco contractus: quod si ibi adest, non negat constitutio illa posse peti restitutionem coram iudice illius loci. sicuti in specie docent Bartolus & Fulgosius in *l. apud loco. Curtius Junior in Rubric. C. de edend. Decius parum sibi constans in capit. 1. n. 22. de iudic. & ibi Alciatus n. 53. Ant. Burtig. in c. vltim. de foro competens. numer. 12. Bartolus in l. 1. numer. 20. C. de summa Trinitate. Franci. in *Rubr. de appellatione. num. 43.* quae ratione ipse crederem Bald. Paul. & Iasonis interpretationem minime esse recipiendam, & subinde in integrum restitutionem postulari posse in loco contractus, si ibidem praesens fuerit aduersus quem petitur: alioqui iudicium hoc tractandam esse apud iudicem ipsius, in cuius fauorem contractus fuerit celebratus: & contra quem restitutione postulatur.**

Ceterum iure quodam speciali Ecclesia restitutionem in integrum petere poterit, etiam aduersus laicum coram ecclesiastico, & proprio ipsius ecclesiae iudice, auctore Innocentio in *capitul. cum sit generale de foro compet. cui suffragatur textus in c. 1. de in integrum rest. vbi Abb. n. 18. idem Abb. in c. 1. col. eodem tit. textus optimus, ex quo ita collegit idem Abb. in c. pen. de reb. eccles. Rom. singul. 112. quibus accedunt idem Abb. n. 10. Felin. colum. 2. Maria. Socin. n. 13. in d. c. cum sit generale. Aufreri. in *Clemen. m. de offi. ordin. in tract. de potestate eccles. num. 28.* Cuius opinionis ea proponitur ratio, quod Ecclesia agens iure, & privilegio speciali, illud deducere potest coram proprio iudice, etiam aduersus laicum: sic etenim agit coram proprio iudice aduersus laicos remedio Canonis, vt in *regula. 3. q. est. 1. glossa elegans in c. penult. de bit. qua. vi. quam sequitur Panormit. idem in c. 1. de in integrum rest. & in d. c. cum sit generale. num. 10. vbi Mari. num. 14. & Felin. col. 2. Verum cum hic tractetur de violentia illata Ecclesiae, nec eius patrimonii, nec de sacrilegio, nec de fraude, aut dolo aduersus Ecclesiam ex proposito in contractum deducto: non video, quod ingenuus fateor, quo iure praefata Doctorum sententia circa restitutionem in integrum defendi possit, nisi praedictis duobus Decretalium decisionibus obnixè comprobetur. Est tamen possemus ita intelligere, vt diceremus iudicem ecclesiasticum ibidem non minus esse ipsius laici, contra quem agitur, quam ecclesiae iudicem: eo quod illa pronuntia esset etiam quo ad secularem iurisdictionem, Romanae Ecclesiae subdita, vel ex eo esset ad Romanū Pontificem iudicium illud ab Ecclesia deductum: quod ob aliquot causas**